

16 *Moniales* n. 11. etiam si non sint subiectæ Regularibus, sed Episcopis. Tamb. *de Jure Abbatum* tom. 1. disp. 17. q. 1. in fine. Et *de Jure Abbatif.* disp. 17. q. 2. *Lezana* tom. 6. in *Mare Magnum Carmelit.* n. 383. ita subjiçuntur Statutis, Constitutionibus, & Legibus suorum Ordinum in his, quibus sexus non repugnat. *Lezana* in *Summa* tom. 1. cap. 25. n. 1. ubi Suarez tom. 4. de *Relig.* lib. 1. cap. 13. & Tamburin. *de Jure Abbatif.* disp. 12. q. 2. n. 3. & disp. 13. q. 4. n. 9. maxime quia eadem necessitas, & idem finis frequentandi Sacramenta est in Viris, ac in Feminis; & ubi est eadem ratio, debet esse eadem juris dispositio. *leg. Illud. ff. ad leg. Aquil. leg. A Titio. ff. de Verb. Signific.* Ideo apparet verius esse, quod Moniales tenentur de præcepto ad communicandum semel saltem in mense; & non ex solo consilio (quod erat secundum motum contrarium) & est probabilior sententia Cajetani ad 3. part. D. Thom. de *Concess.* q. 1. Navari in *Manuali* cap. 21. cap. 59. Dicaillili de *Penit.* disp. 7. n. 18. Hurtado de *Sacram. Penit.* disp. 7. diff. 8. & aliorum apud Dianam part. 8. trad. 1. resol. 16. in *Coordin.* tom. 3. traç. 1. resol. 24. necnon Joan. Perri Barchi in *Speculo Religiof.* cap. 13. affirmantium, Regulares non continentis, & non communicantes semel in mense juxta *Clem. Ne in agro*, mortaliter peccare: & per hæc cadunt duo prima motiva contraria. Tertium pariter non suffragatur ex doctrina S. Antonini, loco citato, quod transgressio Regulæ non fit peccatum mortale, nisi transgressio sit circa vota, vel cum contemptu. Nam in præfenti casu Monialis, quæ non communicat semel in mense, peccat contra votum obedientiæ; & stans per annum sine communione, excusari non potest à contemptu; frequentia enim peccati dispositivè inducit ad contemptum ex Doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 186. art. 9. & Cajetani ibi. necnon Collegii Salmanticens. tom. 12. traç. 11. de *Legibus* cap. 2. n. 37. & Peyrini tom. 1. de *Subdito* q. 1. cap. 5. §. 1. 2. & 3. Et quod peccet mortaliter contra votum obedientiæ: ex eo probatur, quia agit de re gravi; gravitas autem transgressionis resultat tum ex fine, ob quem est præcepta Communio, à quo Monialis non communicans se avertit, idest ab auxilliis, & præfidiis ad resistendum diaboli tentationibus, tum ex jactura boni communis spectantis ad Religionem; videlicet ob malum exemplum, & scandalum, quo aliæ Moniales possunt persuaderi ad deferendam frequentiam Sacramentorum, & ad imitandum indevotos Laicos, qui semel tantum in anno communicant; & hæc sunt duæ causæ, ob quas non obediunt Regulæ, vel præceptis Superiorum in Regularibus est culpa mortalis. Sayr. in *Clav. Regia* lib. 3. cap. 7. n. 14. Sanchez in *Decalog.* lib. 1. cap. 4. num. 2. & 3. ubi DD. & lib. 6. cap. 4. num. 18. *Lezana* in *Summa* tom. 1. cap. 8. num. 18. & tom. 6. in *Mare Magn. Carmelit.* num. 37. Peyrini de *Subdito* q. 1. cap. 5. §. 4. dub. 4. & Collegii Salmanticens. tom. 13. de *Statu Religiofo* traç. 15. cap. 6. n. 49. Quartum motivum ex adverso consideratum non subsistit; quia, sicut dictum est, quemadmodum Moniales, etsi subiectæ Episcopis, gaudent privilegiis concessis Religiof. Virorum, ita subjiçuntur decretis, statutis, & constitutionibus ejusdem Religiofis in his, in quibus sexus non repugnat, ex Suarez de *Relig.* d. tom. 4. lib. 1. cap. 12. & *Lezana* d. tom. 1. cap. 25. in *princ.* & tom. 6. in *Mare Mag. Carmelit.* n. 386. Et hinc est, quod in Regula S. Benedicti vulgari idiomate pro Monialibus impressa, sub cap. 38. apposta est Constitutio Congregationis Castinensis; de qua in primo præmissio est dispositio *Clem. Ne in agro*; de qua in tertio præmissio; ne possent allegare ignorantiam circa obligationem communicandi de præcepto saltem semel in mense. Quintum motivum non movet, quia prædictam *Clem. Ne in Agro*, extendi etiam ad Moniales supra ostendi ex sententia

Card. Zabarella, & aliorum Canonistarum, quos refert Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 19. q. 17. & suadet ratione, quod de similibus, & connexis idem est iudicium. cap. Inter cætera. De *Rescriptis*. cap. *Translatio*, de *Constitut.* cap. *In causa*. De *Re Judic.* Et ubi materia æquæ convenit mulieribus sicut Religiofis, Moniales veniunt appellatæ Monachorum. Fagnan. in *cap. Ut filii* n. 41. & ibi DD. de *Filiis Presbyter.* Barbofa de *Jure Eccles. Univers.* lib. 1. cap. 43. n. 14. Sextum verò motivum eget consideratione, quam non fecisse videntur illi, qui scribunt, *Clem. Ne in agro* fuisse correctam à Concil. Trid. d. *sess.* 25. de *Regul.* cap. 10. & communionem mensuram, quæ ob d. *Clem.* erat de præcepto, conversam esse in consilium, ob illa verba admoventur *Sanctimoniales* &c. Igitur considerandum est, morem fuisse Sacrorum Conciliorum uti verbis hortatoribus, & monitionis in pluribus casibus, quamvis materia esset de præcepto. Sint exempla. Est de præcepto non communicare cum hæreticis, & evitare eorum consortium, cap. *Omnis*. & cap. *Quæ dignior* 24. q. 1. cap. *Si quis Episcopus* cap. *Sicut*. cap. *Ad abolendam* de hæreticis. Attamen S. Gregorius Papa in cap. *Rogo* 11. q. 3. mandat evitare hæreticos per verba hortatoria, dicens: *Rogo, hortor, & moneo, ut à prohibitis vobis communionis consortio per omnia suspendatis*; ubi Glossa ait: *Verbum rogandi hic præceptivè ponitur*. Item decimarum solutionem esse de præcepto nemo ignorat, cap. *Parochianos*, & cap. *Non est in potestate hominum*. De *Decimis*. Nihilominus de adimplementum ejusdem præcepti loquitur per exhortationem, & communionem. cap. *Reverimini* 17. q. 1. ibi; *Hortor vos, atque commoneo, ut inseratis decimas in borrea*. In Episcopis, & in Parochiis residentium esse de præcepto non solum Ecclesiastico, sed etiam Divino, neminem latet; verumtamen Concil. Trident. iidem illam intimat, admovent, & hortando, ut habetur *sess.* 23. de *ref.* cap. 1. ibi: *Sacrosanctâ Synodus*, Et interius: *Eisdem interim admovent, & in Domino hortatur, ne scilicet in Adventu, Quadragesima, & aliis solemnioribus festivitibus abint à residentia*. Cur ita? quia scilicet mos est antiquus in utroque jure, & in Conciliis generalibus, proponere rem de præcepto cum verbis admonitionis, & exhortationis, ut differat Abbas in *cap. Nam concupiscentiam* n. 3. & Decius n. 21. de *Constitutionibus*. Albericus à Rosate in *Distin. Verb. Hortabitur*. & Fagnanus in *cap. Qualiter* n. 38. De *Chri.* non resident.

Idcirco etiam in casu isto de Communione mensura, ad quam sunt ex præcepto obligatæ Moniales, Concil. Trident. d. cap. 10. de *Regul.* *sess.* 25. dixit, admoventur *Sanctimoniales*; non quia hæc communio sit tantum de consilio, cum ex inveterata consuetudine Religionum, & ex eorum statutis, necnon ex *Clementina Ne in agro*, fuerit, & sit de præcepto; sed quia satis visum est Concilio, Moniales monitas fieri, juxta stylum loquendi servatum in utroque jure, per verba monitionis, dare tamen eadem sub præcepto, & ad quam adimplendam, semel saltem in mense præciè sunt obligatæ. Ultimum restat motivum de auctoritate Pellizzarij, Bordoni, Tamburini, Donati, & aliorum per eos citatorum, opinantium, Moniales non teneri ad communionem mensuram ex præcepto, sed ex consilio. Porrò, salva semper reverentia iidem Theologis præstantissimis quidem, & eruditissimis, eorum opinionem defendendam existimo ex duplici capite. Uno, ob evidentiam rationis; si enim Communio mensura est de præcepto in visis Religiofis ob bonum commune religionis, ut pietas animi, & prohibitas morum sulciatur frequentia Sacramentorum, sine quibus Religiofi fierent peiores Laici, & Ecclesiasticam perfectionem pessundarent. Catamuel in *Theolog. fundament.* d. n. 764. *Verf. Sed interrogas; eadem ratio militat in Sanctimonialibus; quam rationem*

tionem præferendam esse doceor à S. Hieronymo relato in *cap. Ego solus* disp. 9. ubi ait: *Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, doctrinaque polleant, non ita verum patem, quia ipsi ita senserint; sed quia mihi per alios auctores, vel canonicos, vel probabiles rationes, quod à vero non abhorreat, persuadere poterint*. Et à S. August. Ep. 112. ad *Fortunatianum*, de qua in *cap. Neque quorumbet*, ead. disp. 9. ita habetur: *Neque quorumbet disputationes, quamvis Catholicorum, & laudatorum hominum, vel scripturarum Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, scilicet honorificam, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respicere; si forte invenierimus, quod aliter senserint, quam veritas habet; dicitur autem vel ab aliis intellecta, vel à nobis*. Nemo incilicior, præceptum Communiofis mensuræ in *Clem. Ne in agro*. §. *Sand.* De *Statu Monachor.* emanasse ob bonum commune Religionis Benedictine. Igitur illud extendi debet etiam ad Moniales, ex Abb. in *cap. Ex parte* n. 1. de *Postulando*. Summa Angelica in *Verb. Monachus*, n. 12. Et in *Verb. Lex*, n. 3. & n. 7. ubi notat, quod si materia, de qua lex fecit præceptum, sit necessaria, & multum ponderosa, obligat sub mortali. Alterum caput, propter quod deflecto à prædictis Theologis est, quia contrarium docuerunt antiquiores Canonistæ, Bonifacius, Imola, Card. Zabarella, & Navarrus supra allegati, & adherendum esse antiquis Doctoribus, potius quam modernis tradit Hostien. in *cap. Unico*, n. 51. & 52. de *Sacra Unâ*. Silvest. *Verb. Opinio* sub n. 2. & pluribus consensibus Fagnanus in *cap. Ne unitatis* n. 349. & *seqq.* De *Constit.* Etiam contra plurimos Auctores stet unus tantum, dummodo iste secum afferat evidentem rationem, ut ex Sanchez de *Matrim.* lib. 3. disp. 16. num. 49. arguit Sanctius in *Seleçti* disp. 26. num. 5. *Verf. Et forte*.

His stantibus, reassumendo casum propositum, & ejus resolutionem, dicendum venit, Monialem non accedere ad Eucharisticam Communione, nisi semel in anno, ex torpore, & mala consuetudine, peccare mortaliter ex rationibus frequentibus, 1. Quia extat præceptum de communicando saltem semel in mense tum ex Regula, & Statutis Ordinum Regularium, tum ex *Clem. Ne in agro*. §. *Sand.* De *Statu Monach.* 2. Quia d. *Clement.* Ne in agro, comprehendit etiam Moniales ex Card. Zabarella, & alii Canonistis supradictis. 3. Quia Moniales etsi subiectæ Episcopis, sicut gaudent Privilegiis suorum Ordinum, sic eorumdem statutis afficiuntur in his, quæ ipsarum statui conveniunt, ex *Lezana*, & alii supra. 4. Quia Constitutiones Ordinum, & Communione mensuram sub pena peccati mortalis, ex Navarr. cap. 21. n. 59. Dicaillili, Hurtado, & alii allegatis. 5. Quia Moniales omittens Communione per integrum annum peccat etiam mortaliter ratione scandalij, & ratione contemptus, ex S. Thom. Peyrini. *Lezana*, aliique. 6. Quia Concil. Trid. *sess.* 25. de *Regul.* c. 10. quamvis dicat, *Moniales admoventi de Communione saltem mensura, illud verbum non est de consilio, sed de præcepto ex DD. supra relat.* & Fagnano in *cap. Qualiter* 38. de *Cler. resident.* 7. Quia Communio mensura in Monialibus dicitur de re gravi, concernente bonum tum particulare, tum commune ipsarum, ac religiofitatem, & bonam famam Monasterij, ex Caramuele, Abbate, & Summa Angelica citatis. Et licitum si foret Monialibus non communicare, nisi semel in anno, eorum Monasteria non essent domus religiofæ, sed castra militum. 8. Quia opinio modernorum Moralistarum dicitur, esse de consilio, & non de præcepto mensuram Communione, est minus probabilis, tanquam destructiva exemplaristis *Sanctimonialium*. 9. Quia debet esse discrimen inter vitam

earum, & laicorum. c. *Denique*, disp. 4. Glossa in *cit. Clem. Ne in agro*. §. *Sand.* *Verb. Mensurus*, ibi: *Propter religionis perfectionem aliquid debet ad pensum sanctæ institutionis adhibere*. Immo si malè tentatur de laicis semel tantum in anno communicantibus. cap. *Seculares*, disp. 1. Quid de Monialibus cogitandum? 10. Quia sicut peccat mortaliter infirmus, qui non vult sumere medicinam in gravi infirmitate. *Mastr.* in *Theolog. Mor.* disp. 11. num. 34. ita Monialis respiciens sanctam Communione, quæ, ut ait Concil. Trid. de *Euchar.* *sess.* 13. cap. 2. *Est antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis*, & à peccatis mortalibus preservamur. 11. Quia quemadmodum inedia voluntaria abbreviare vitam corporalem, est peccatum mortale. Gobat. in *Quinario* traç. 5. cap. 1. n. 31. Sanchez in *Concil. Moral.* lib. 5. c. 1. dub. 33. Sic erit mortale peccatum abstinentia ab Eucharistia, per quam alitur vita spiritualis. Jo. 6. *Qui manducat me, vivet propter me*. 12. Quia negligens accipere Jubileum universale missum à Papa non potest esse sine culpa, nam negligens est semper peccatum, & quia est prodigalitas quædam bonorum spiritualium, ac etiam quia turpis est pars, quæ non conformatur toti. Gobat. in *cit. Quinario* traç. 3. q. 19. n. 326. & in *Theologia Experim.* traç. 6. n. 299. Ergo culpabilis erit etiam Monialis negligens circa sanctam Communione, privans se frequentibus Indulgentiis, etiam plenariis adinstar Jubileorum, & non se conformans in hoc actu religionis suæ Communitati. 13. Quia peccat mortaliter, qui non adimplet Confessionem, & Communione mensuram sibi à Confessario impostam in dispensatione impedimenti occulto ad contrahendum Matrimonium. Gobat. d. traç. 5. in *Quinario* cap. 37. n. 222. & *seqq.* Igitur à simili peccati mortaliter Religiofo non communicans semel in mense juxta Ordinis sui statuta, & juxta præceptum Juris Canonici in d. *Clem. Ne in agro*. §. *Sand.* De *Statu Monach.* quam sub mortali obligare, docent etiam Vasquez, Dicaillili, & Azorius citati per eundem Gobat. d. cap. 37. n. 224. 14. Et tandem cum prædicta Monialis sit temperamenti melancholici, ex quo facile movetur ad tristitiam, & ad iracundiam, magis oportet indiget Communione frequenti, ut eo se salutaris præfidio muniat ad omnes oppugnationes Demonis fortiter superandas, ut loquitur Trid. Concil. d. *sess.* 25. de *Regular.* c. 10. Nam, ut docet Aristoteles in *Mor.* lib. 2. cap. 7. n. 11. melancholici, ut plurimum, sunt incontinentes. Et lib. 7. Et hic cap. 14. n. 11. Quia atra bile eorum corpora mordentur, propterea intemperantes, & pravi evadunt.

Quod si quis querat, an peccet mortaliter Monialis, si aliquo tantum mense omittat sacram Communione ob improvisam animi perturbationem, qua forsitan invaditur? Respondeo in hoc casu non peccare, si coram Confessario, vel Abbatissa compareat, implorans licentiam pro ea vice non accedendi ad Convivium celeste, donec tranquillitatem cordis reacquisimat, ut tenet Cardin. Zabarella in d. *Clem. Ne in agro*. §. *Sand.* n. 2. Et jure quidem, est enim opus discretione in omni negotio. cap. *Præsentium* 1. q. 5. 35 cap. 1. de *Offic. Cusod.* & monet *Lezana* in *Summa* tom. 6. ad *Mare Magnum Carmelit.* n. 169. & mea opinio, quod Monialis non communicans peccet mortaliter, procedit in illa, quæ per plures menses, cum contumacia, abstinet à Communione.

DECISIONIS L.

Ad Octobris Casum Prudentialem.

ARGUMENTUM.

Petitur, Utrum ad faciendam experientiam, an Mulier patiens exaltas, & mira loquens, communiter

credita Energumena, verè fit talis, vel potiùs Lunatica, Epyleptica, Saga, Maga, aut Pythoniffa, licitum fit, eam petentem Eucharifticam Communionem fallere, porrigendo illi Hoftiam non confectratam? Declaratur, qui fit Energumeni, Lyncatropi, Lunatici, Epyleptici, Magi, Saggæ, Pythones; & quibus fignis prædicti cognofcantur. Exponuntur caufæ, quibus Deus permittit in hac vita, homines à Dæmonibus vexari? Et an dentur remedia naturalia ad fugandos Dæmones? referuntur opiniones Doctorem circa refolutionem cafus. Narratur factum mirabile S. Philippi Neri, ex confilio fignium Virorum pro experimento fpiritus venerandæ Virginis Urfule Benincæ anno 1582. tempore Gregorii Papæ XIII.

SUMMARIUM.

- 1 Energumeni unâ diâi?
2 Diabolus vexat homines fpiritualiter, & corporaliter.
3 Lyncatropi funt homines melancholia affeâi.
4 Lunatici qui funt?
5 Lunaticos quare diabolus obfeâat?
6 Epyleptici qui funt? Et quid Epylepfa?
7 Epylepfa poff annuum 25. incurabilis.
8 Alcis ungula fanat Epylepticos?
9 Sanguis hominis decollati hauflus an fanat Epylepticos?
10 Mahometus erat Epylepticus, & obfeâus à Diabolo.
11 Magia quid fit, & quotuplex?
12 Sage que funt?
13 Pythones qui dicantur? ac Pythoniffæ? num. 14.
14 Energumenas dari non efl dubium.
15 Alciis ungula fanat Epylepticos?
16 Petrus Aponus Philofophus Patavinus laudatus, accufatus de heresi, abfolutus.
17 Mulier Patavina melancholica loquebatur latino fermono.
18 Anime defunctorum an obfeâant corpora viventium?
19 Energumenos veros dari efl de fide. & n. 27.
20 Platonis error de notionibus congeniis in homine.
21 Idiomate peregrino loquens, abfque ftudio, convincitur efl energumenus.
22 Anne Purgatorii, ac etiam Beate aliquando apparent viventibus, fed non obfeâant eorum corpora.
23 Anaclyphaleofis quid fit?
24 Paucifci an liceat, ut præmoriens appareat Superfluit?
25 Damon quomodo poffit flare in corpore hominis viventis; non autem in anima?
26 Energumeni verò poffidentur à Demone.
27 Legio una Demonom quot Demones contineat?
28 Energumeni quibus fignis cognofcantur efl tale?
29 Monialis Novitiæ fiftio, ut videretur energumena.
30 Demones ob quas caufas permittantur obfeâare homines?
31 Exorcifmus quid fit?
32 Diabolus an expelli poffit rebus naturalibus?
33 Hoftiam non confectratam porrigere pro confectrata an licitum?
34 Exempla propofite Hoftie non confectrate tamquam confectrate.
35 Urfule Benincæ exhibitæ Hoftia non confectrata, ex confilio prudentum Virorum, ac S. Philippi Neri.

CASUS PRUDENTIALIS.

Quod à prudentibus Parochis decidendum proponitur, efl: Utrum ad faciendum experientiam, an mulier, patiens exfales, & mira loquens, communiter credda energumena, verè fit à Demone poffeâa, an potiùs fit Lyncatropa, vel Lunatica, vel Epyleptica, Maga, Saga, aut Pythoniffa? licitum fit, eam Eucharifticam Communionem petentem, fallere; porrigendo illi Hoftiam non confectratam?

Ad ornatum hujus cafus quatuor funt præmittenda, & examinanda.

- 1 Qui funt Energumeni? Qui Lyncatropi? Qui Lunatici? Qui Epyleptici? Qui Magi? Que Sage, feu Striges? Et qui Pythones?
2 An dentur veri Energumeni, & quibus fignis cognofcantur?
3 Ob quas caufas, à Deo permittatur Energumenifmus?
4 An præter Exorcifmos Ecclefie dentur remedia naturalia, quibus liberentur Energumeni?

Quoad primum: Quamvis fcriptum fit à Gloffa in c. Exorcifia dift. 23. quod Energumeni dicantur ab Ergo, id efl labor; & à mense, id efl defectus; quafi dehere videantur obfeâi à Diabolo ob nimium laborem; verius efl, energumenos denominari à voce Ενεργεια, que fignificat vexationem, feu agitationem; ideoque Ενεργουνοι funt homines vexati, & agitati à dæmonibus, qui propterea appellantur Ενεργουνοι; nam verè & propriè Ενεργουνοι efl vexatio homini illata à Diabolo immediatè, localiter intra corpus ejus exiftente, & operante, illudque ad tempus fubigente, ut doctè advertit Gasp. Scotus in Phifca Curiofa tom. 1. lib. 4. cap. 1. fubdens, prædictam vexationem poffe fieri dupliciter à Diabolo; fpiritualiter fcilicet, & corporaliter. Primo modo Diabolus vexat hominem per fuggelliones malas ad cor, ut flagitia operetur: Et fic dicitur intrare fpiritualiter in hominem; ut habetur apud S. Luc. cap. 22. n. 3. Intravit autem Satanas in Judam, qui cognominabatur Ifcariotes; id efl fuggendo illi, tradere Redemptorem Judæis; ut legitur apud S. Joan. cap. 13. n. 2. ibi: Et cœna facta, cum Diabolus jam miffus in Cor, ut traderet eum Judas Simonis Ifcariotes. Altero modo Diabolus vexat homines corporaliter, fed & hoc dupliciter, vel ab extra, ipfum affligendo in corpore, ut fecit cum S. Job; & cum plurimis aliis Sanctis; vel ab intra, quando dæmon invadendo hominem, & ejus corpus ingrediendo, eum vexat, & exagitat; & in hoc cafu verè, & propriè homo obfeâus à Diabolo, dicitur Energumenus, five Arrepticus, Dæmoniacus, obfeâus, feu inefcus. Et e contra non poffunt dici Energumeni, qui vexantur à Diabolo exterius tantum, quales funt maleficiati, dum diris morbis ob maleficia affliguntur: neque illi, contra quos malus fpiritus aliquid præfumat attentare circa corpora ad extra; ut quando Redemptorem noflrum affumpfit Diabolus in Sanctam Civitatem, & ftatuit eum fuper Pinnaculum Templi. Matth. 4. 5. Quò verò ad Lyncatropos, hi verè, & propriè funt homines melancholia correpti, & dicuntur à Λυξερ, id efl Lupum, & Ερως, id efl converfionem; quia qui afficiuntur in exceffu atra bile, & fymptomatibus melancholiz agitantur, fibi videntur converfi in Lupos; & abhorrent ab hominum confortio; & de nocte tranfite per loca inculta affeâant, & præcipuè circa fe pulchra, ut docet Avicenna lib. 3. trad. 5. cap. 20. & differit eruditus inter Medicos Paulus Aegineta lib. 3. cap. 16. his verbis: Qui lyncatropia dæmantur, non àno domo egressi, Lupos in omnibus imitantur, & donec dies illucefcant, circa defanctum monumenta plerumque vagantur. Unde teftatur Hifion. Magius lib. 4. Mifcell. Angl. cognoviffe quemdam hoc morbo correptum,

reptum, qui fæpè ab Auguftinianis, alifque æditus in fepechris dormiens inveniebatur; & qui mortuorum obfus domum fiam planè compleverat. Porro, efl non omnes lyncatropi morbo laborantes, funt energumeni; neque abfque aliis fignis debeant pro Dæmoniacis reputari; nihilominus de facili poffunt eflè à Dæmone obfeâi, ut erant illi, de quibus fcribit S. Matheus c. 8. num. 28. his verbis: Cum veniffet (JESUS) trans fretum in regionem Geraforum, occurrerunt ei duo habentes demonia, de monumentis excentes, fævi nimis, itaut nemo poffet tranfire per viam illam. Et de illis loquuntur S. Lucas cap. 8. n. 26. & S. Marcus cap. 5. n. 1. Illi verò cenfentur Lunatici, qui fingulis menfibus patiuntur mentis alienationem, potiùsimum deficiente Luna, ut notat Gloffa in cap. Omni die 11. de Consecrat. dift. 5. & licet poffit eflè morbus naturalis tantum, & ex mera infirmitate cerebri, quod cum fit humidiffimum, ut dicit Ariſtoteles lib. de Somno, & Vigilia cap. 5. poff medium, maxime fubjicitur operationi Lunæ; quæ ex fui proprietate habet movere humorem; & ideo ex hac caufa hi vocantur Lunatici. Colleg. Complur. trad. 1. de Culo dift. 4. q. 6. n. 67. Frequenter tamen qui Lunatici funt, etiam energumeni funt; five id contingat, quod diabolus poffeffer humores cerebri concitare, & turbet; five quod inveniens morbum illum naturalem in corpore, inde fumat occasione illud invadendi; utitur enim fæpè diabolus corporis difpofitione, veluti occasione, ut notat Scotus in Phifca Cur. d. lib. 4. c. 10. f. 2. Talis erat filius hominis, qui geneflexus ante Redemptorem noflrum, fic illum rogabat, Matth. 17. 14. Domine, Miferere filio meo, quia Lunaticus efl, & male patitur. Et increpavit illum JESUS, & exiit ab eo Dæmonium, & curatus efl. Quam verò ob rem Dæmon Lunaticos obfeâat, multas diverfi Auctores afferunt caufas. Orig. trad. 1. in Matth. D. Chryfoft. Hom. 38. & D. Hieronym. in cap. 4. S. Mathæi, inter quas refert duos præcipuos S. Thom. 1. part. q. 115. art. 5. Unam, ut infamem Creaturam Dei, id efl Lunam, quafi auctorem infirmitatum hominum; alteram, quia cum Dæmon non poffit operari, nifi mediantibus naturalibus virtutibus, expectat augmenta, vel decremента Lunæ; tamquam tempora aptiora ad perturbandam phantafiam hominis, & eum affligendum. Epyleptici illi funt, qui laborant eo morbo menftruo, quem Medici vocant Epilepfiam, Morbum Comitialem, Caducum, Sacrum, Herculeum, Magnum, feu Affeâum puerilem. Efl autem Epilepfia convulfio totius corporis, temporanea, cum privatione fenfuum, & mentis. Et duplex efl, una perfecta, in qua totum corpus agitur; & altera imperfecta, dum una tantum pars corporis fubjacet convulfioni, nempe caput, brachia, tibiz. Causam veram morbi Comitialis, feu Epyleptici adhuc efl ignotam omnibus Medicis opinatus efl eximius in hac Urbe Patavina, & Lycozo Medicinæ profeffor Joannes Fortis Confil. Medic. tom. 1. cap. 40. Scribit Galenus lib. de dift. Sympt. cap. 3. Ab obftrudione imperfecta ventriculorum cerebri Epilepfiam generari. Ipfe verò Joan. Fortis fubdit d. cap. 40. Raro, aut nunquam à caufa obftruente; & frequentiùs, & fere femper ab irritante provenire. Quiddid fit de vera caufa tantæ infirmitatis, procedi à Cerebro, ubi materia vifcofa generatur, & dum difcutitur, cadit in nervos, & contorquet patientem, qui ore fpmat, dentibus ftridet, & fenfibus fere femper exiit. De hac ait Hippocrates Aphor. 7. fect. 5. Epilepfia ante pubertatem eveniens curabilis efl: eadem verò pofft vigeffimum quintum annum curationem non admittit. In pueris infantibus generari hunc morbum notat Jo. Jonftonius, in Idea Univerfe Medicinæ Præctice lib. 12. tit. 1. n. 3. Vel à terrore, cuius occasione omnes vitandæ funt: vel à laze corrupto in ventriculo, & tunc vomitus efl optimus. Vel à Vermibus in inteftinis fe fe moventibus, De Sacramento Euchariftie.

quorum ratio efl habenda: Vel à difficili dentitione, qua promovenda; vel à Variolis, morbillis, febribus, que etiam funt curanda: vel à primario cerebri affeâu, de quo fupra, idem auctor inter remedia recenfet gemmam Smaragdum, Lapidem in hirundinam ventriculis diffuifis reperitum, & ungulam Alcis auriculæ fiftiva inditam. Et quod ungula Alcis mirè proficiat comitali morbo laborantibus, ex Medicorum, & Hiftoriographorum auctoritate probat Scot. in Phifca Curiofa lib. 8. cap. 1. f. 5. ubi fubdit, efficacior eflè ungulam pedis posterioris dextri, fca & aliorum trium pedum eandem virtutem unguas habere. Quod affirmat etiam Plinius lib. 8. cap. 15. relatus ab Andrea Cirino Clerico Regulari in Opufcul. de Natura Animal. lib. 2. fve de Venatione lib. 1. cap. 43. n. 403. Et meminit Areffius lib. 6. Impref. 163. nu. 6. Porro famofum remedium ad Epilepfiam fanandam à vulgò conftituitur hauflus fanguinis fcatulentis è venis hominis capite truncati, de quo teftatur Layman. 9 lib. 3. fect. 4. num. 3. & de quo ita fcribit Gobat. in Quinario tr. 5. cap. 23. n. 153. Hunc Quindem hauflum eflè falutarem (Epilepticis) efl quidem opinio vulgi, non difplicita Laymano: At duo Medicinæ Doctores ea fuper re à me confulti afferuerunt, eam eflè meram perfuafionem, refutatam non folum fcripto publico, fed etiam recentiffima experientia, exemplaque hominis, quem unus illorum medicorum novèrat, & qui poto fanguine fecerit omnia, que faciendâ præfcribantur, atamen abfque opera pretio. Quidam etiam Carnifex medicinæ in paucis peritus, à me interrogatus, refpondit; fe quidem fcribere, fuisse haud femel hauflum ea intentione ejusmodi fanguinem, fed abfque effeâu, quantum quidem ipfe fcit. Sed de his, obiret dictis, fatis. Utrum vero Epyleptici funt etiam energumeni? utique negandum venit, frequens efl experientia infelicium hominum utriufque fexus hoc morbo laborantium; qui, peridiosis morbi decurfis, & fymptomatibus fuperatis, cognofcuntur immunes à Diaboli infeftatione. At aliquando quis efl Epylepticus, ac etiam obfeâus à Diabolo, quemadmodum ille, de quo ita narrat S. Marcus cap. 9. 17. Magifter, attuli filium meum ad te, habentem fpiritum mutum, & ubi quæffit eum apprehenderit, allidit illum, & fpmat, & ftridet dentibus, & arefcit. Utrumque morbum fuisse in Mahometo non efl incredibile. Hunc enim Pseudo-prophetam, & Mahometifmi Auctorem comitiali infirmitate fuisse detentum, habemus in Annalibus apud Emin. Card. Baronium Anno 630. n. 1. & 2. ac etiam à Diabolo vexatum, illumque Hæreticum, & Magum vocant Zonara tom. 3. & Paul. Diaconus lib. 18. Hiftor. ut notat Delrius difquif. Magic. in Prolog. Pro Magorum autem noticia, fcindum efl, quod Magia efl ars, feu facultas, vi creata, & non fupernaturali, quedam mira, & infolitè efficiens, quorum ratio fenfum, & communem hominum captum fuperat. Efl autem triplex. Naturalis, cuius mira operatio provenit à virtute per naturam infusa rebus. Artificialis, quæ efl humana induftria, & philofophiz ftudio, mediis licitis exercetur. Diabolica quæ à Cadodemis malitia pendet, & cuius opus, & affiftentia operatur mirabilia; ut declarat Delrius Difquif. Mag. lib. 1. c. 2. ex cuius doctrina fequitur, eos eflè dicendos Magos, qui materia vifcofa generatur, & dum difcutitur, cadit in nervos, & contorquet patientem, qui ore fpmat, dentibus ftridet, & fenfibus fere femper exiit. De hac ait Hippocrates Aphor. 7. fect. 5. Epilepfia ante pubertatem eveniens curabilis efl: eadem verò pofft vigeffimum quintum annum curationem non admittit. In pueris infantibus generari hunc morbum notat Jo. Jonftonius, in Idea Univerfe Medicinæ Præctice lib. 12. tit. 1. n. 3. Vel à terrore, cuius occasione omnes vitandæ funt: vel à laze corrupto in ventriculo, & tunc vomitus efl optimus. Vel à Vermibus in inteftinis fe fe moventibus, De Sacramento Euchariftie.

corpus illius animalis affumentis, vel arundini, scoparumve baculo, ut relatis pluribus Doctoribus, Theologis, Juristis, & Criminalistis comprobatur Scotus d. lib. 1. cap. 23. ubi plurimas historias de Sævis & Strigibus ponit.

Tandem Pythones illi habentur, qui edunt vaticinia Dæmonis ope. Hi autem sunt in triplici differentia. Alii habent Spiritus *nequissimus*, seu familiares, anulis, vitris, cistis, aliisque rebus inclusos, quos consulunt, & responsa ab illis accipiunt. Alii extrinsecus accedentes subinde, & sibi assidentem habent spiritum, cuius afflatu, & suggestionem divinant. Alii denique intra se habitantem, & per os, aut per pudenda loquentem, ac responsa sibi, aliique dantem habent Dæmonem; ut plenè probat Deltius *Disquis. Magic. lib. 4. c. 2. q. 6.* & Scotus in *Physic. Curiosa, lib. 1. c. 37. & lib. 4. c. 11.* ubi eruditè demonstrat, Pythonum originem venire ab Apolline Delphico, apud quem viri, seu mulieres in tripode sedentes, ad divinationis curibus stantes, divinandis spiritui affabantur, teste Plutarcho *lib. de defectu Oracul.* Strabone *lib. 1. Ciceron. de Divinat. & vox tum ex ore, tum ex pudendis horum Pythonum prodibat; & idè ventri loqui dicebantur, quod ad reprobandos horum impulsiorem hominum sectatores narrat S. Joan. Chrysolom. in Epist. 1. ad Cor. Hom. 29.* & se vidisse in quadam Pythonissa testatur Cælius Rhodigin. *lib. 8. cap. 10.* Pythonissam fuisse mulierem illam, & à Dæmone obfessam, quæ evocavit Sauli Samuelem, ut habetur 1. Reg. 28. communior est sententia; certa autem de illa puella, de qua ita scribit S. Lucas in *Act. Apollol. c. 16. n. 16.* Factum est autem euntibus vobis ad orationem, puellam quandam habentem Spiritum Pythonem obviare vobis, quæ quæsum magnum præstabat Dominum suis droinando. Et infra: Dolens autem Paulus, & conversus Spiritui, dixit: Præcipio tibi in nomine JESU CHRISTI exire ab ea, & exiit eadem hora.

Ubi ly Dolens, ait Menochius *lib. 2. cap. 18. n. 2.* significat, tædio affectus; Diabolus enim, priusquam expelleretur ab Apollolo de puella Pythonissa, ipsam, & socios summis laudibus commendabat, dicens: *Isti homines Servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis: molestim est autem viris prudentibus, se laudatos audire ab iis, à quibus sciunt odio haberi.* Tandem illud est advertendum discrimen inter Pythones, & alios energumenos; quòd illi voluntarie sint obfessi, isti verò coactè. Et hæc de primo præmissio.

Quò ad secundum præmissum, An veri dentur Energumeni? superfluum quære videtur; cum irrefragabiles habeamus auctoritates. I. In Sacro Evangelio circa Dæmoniacos, qui fuerunt liberati à spiritibus immundis per CHRISTUM, ut habetur S. Math. c. 8. Marc. 5. Luc. 8. Et quidem S. Math. d. c. 8. n. 16. ait: *Vespere autem factò, obtulerunt ei multos Dæmonia habentes; & eiciebat Spiritus verbo.* Et D. Marcus c. 1. n. 32. *Vespere autem factò, cum occidisset Sol afferebant ad eum omnes male habentes, & Dæmonia habentes; & erant omnis Civitatis congregata ad Januam.* Et curavit multos, qui vehebantur variis languoribus, & Dæmonia multa eiciebat. Testatur pariter S. Lucas cap. 8. n. 2. quod Christus Dominus dum iter faciebat per Civitates, & Castellæ, prædicans, & evangelizans Regnum Dei; & duodecim cum illo; & mulieres aliquæ, quæ erant curate à spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalena, de qua septem Dæmonia exierant; ultra plurimas específicas alias liberationes energumenorum. II. Quia Christus dederat Apollolis, aliisque discipulis suis potestatem efficiendi Dæmonia; quæ ipsi usi gaudentes, dicebant: *Domine etiam Dæmonia subiciuntur vobis in nomine tuo.* Luc. 10. 17. Et in Actibus Apollolorum 5. 16. legimus de Divo Petro: *Concurrerat autem & multi-*

tudo vicinarum Civitatum Jerusalem, afferentes agros, & vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes. III. Quia concors est omnium Patrum, Conciliorum, ac Theologorum consensus, à Dæmonibus homines obfideri, & tot illius Scriptores de hac re idem testantur; ut humanitatem omnem excutere oporteat eum, qui fidem omnibus derogare vellet; sunt enim integri tractatus, nec non exempla plurima in vitis Sanctorum. IV. Quia illi, quos energumenos dicimus, tales, sæpè numero effectus edunt, qui non nisi ad Dæmones in illis existentes, atque agentes reduci possunt, cuiusmodi sunt sermo linguæ antea planè ignora, revelatio rerum antea incognitarum, etiam absentium, & occultarum; motio, & translatio magnorum ponderum; & his similia, de quibus infra. Et V. Quia prædictis effectibus cum sæpè admisceantur blasphemix in Deum, mendacia, & contumeliæ in homines, necessarium est cognoscere eorum auctorem esse Dæmonem; non autem Angelos bonos, vel ipsum Deum.

Nihilominus non esse superfluum investigationem apparet, non solum ob Atheos qui Deum, & Angelos, tam bonos, quam malos è rerum natura eliminare cogunt; sed etiam ob nonnullos nimium Nafutos Philosophos, qui morbum *nequissimum* negantes esse Dæmoniacum, illum naturalibus indispositionibus corporum adscribunt, & contendunt, humores atroces, & violentos extorquere melancholicis, maniacis, & phrænticis peregrinis linguas; afferentes, mentem hominis imbutam esse artibus ante illarum usum; & nostrum Cere nihil aliud esse, quam reminisci. Ita Levinus Lemnius de *Occult. natur. mirac. lib. 2. c. 2.* Et nos Petrus de Apono Patavin. de quo in una ex quatuor januis Publici Palatii hujus Urbis Antenoræ hæc habetur inscriptio: *Petrus Aponus Patavinus, Philosophus, Medicinæ que scientiæ sumus, ob idque Conciliatoris cognomen adeptus; Astrologie verò adæ peritius, ut in Magia suspitionem incidit, falsoque de heresi postulat, absolutus fuit.* Auctor, inquam iste, in *Comment. ad Sect. 30. Probl. Aristol. in probl.* testatur, ut refert Scot. in *Physic. Cur. lib. 4. c. 12. §. 3.* se multos vidisse, qui atra bile, seu melancholia purgata, cum antea peregrinis linguas loquerentur, & mira supra vires nature præstarent; & sine dubio pro Dæmoniacis haberentur, curati fuere, & sanæ menti restituti. Confirmat id exemplo mulieris Patavinae illiteratissimæ, quæ dum melancholica aegritudine detineretur, Latino sermone quam decentissimè loquebatur, postmodum verò expurgata vitioso illo humore, sanitati restituta, ne verbum quidem Latini sermonis proferre noverat. Petrus Pomponatius *lib. de Incarnat. c. 10. sup. 6.* prædictos effectus linguarum in melancholicis attribuit astorum influentibus, & ait se vidisse Mantuæ mulierem uxorem Sutoris, secundum diversa idioma loquentem, durante infirmitate, & à Medico sanitati restitutam, eò quòd melancholiam curavit. Consimilia exempla ex *Quædam lib. 9. de Fato* narrat Scotus in d. §. 3. Quo circa alii auctores potius provenire volunt prædictos effectus ab animabus Defunctorum, quas intrare, & possidere posse corpora eorum, quos energumenos appellamus, asserunt. Ita Cælius Rhodigin. *lib. 2. cap. 13.* & hanc opinionem habuisse olim Judæos innuere videtur Joseph. Flav. *lib. 7. de Bello Judaico cap. 33.* & Sanctus Justinian. martyr. *Apolog. 2.* Alii verò utrumque negantes, vel hominum deceptionibus, vel occultissimis causis attribunt; sed à Dæmonibus corpora hominum invadi, & obfideri non concedunt; tum quia anima rationalis est tota in corpore, & tota in qualibet parte corporis. Ergo non est ibi Dæmon, non enim potest esse simul in eodem loco cum anima; tum etiam quia Dæmones non possunt illabi animabus hominum, nec intra eas esse; cum hoc so-

lius Dei sit; ergo nec possunt esse intra corpora, aut in ea illabi, quemadmodum neque animæ Defunctorum intrare, aut possidere possunt corpora viventium.

His tandem minime obstantibus, veritas est manifestata, & de fide, dari veros energumenos, à Dæmonibus obfesos, in eis manentes, & operantes, ut ex Scriptura sacra probatum est supra; & ex testimonio SS. Patrum, Conciliorum, & Scriptorum. Et quò ad Levinii Lemnii assertionem, de rerum notionibus nobis congenitis, & ab humore melancholico excitari peregrina idioma ad reminiscenciam, respondetur; esse errorem Platonis, jamdudum confutatum à Tertulliano *lib. de Anima cap. 14.* ab Arnobio *lib. 2. contra Gentes; à S. Irenæo lib. 2. c. 59. & 60.* & à S. Augustino *lib. 12. de Civit. cap. 15.* ridiculum enim est, & absurdum dicere, dato, & non concesso, quòd essent in nobis rerum notiones congenitæ, eas excitari à melancholia; nam sequeretur, omnes arreptos, & alios morbis melancholicis laborantes loqui linguis peregrinis. Præterea notiones in mente hominis existentes, debent esse ordinatæ, ut quis ordinatè de rebus illis loquatur, at melancholia; & alii morbi, experientia teste, mentes infirmorum non ordinat, sed perturbant. Exemplis autem relatis à Petro Aponensi, & à Pomponatio respondet Theoph. Raynaudus in *Theolog. natur. dist. 2. q. 1. art. 1.* nos non cogi, fidem eis adhibere sine prædè, & violentis testibus, sed suppositis pro veris: vel mulieres illæ loquebantur Latino sermone non bene, non expedit, non secundum regulas; & earum sermo proveniebat à quadam superficiali eruditione acquisita ex longo auditu scholarum, vel Doctorum Latine loquentium, ut ego cognovi, famulum quemdam, qui comitabatur juvenes nobiles ad scholas publicas, & ex eorum conversatione latinabatur satis bene. Pariter recordor, mulierem quandam hic Patavii, quæ ingrediebatur publicum gymnasium semiphrænticæ, & scholaribus applaudientibus proferebat multas Latinas sententias, sed cum erroribus grammaticis pluribus. Vel prædictarum mulierum idioma peregrina erant castigata, atque perfecta; & inhabitans tempore infirmitatis, cuius ope loquebantur; cessasse autem locutionem alienorum idioma ob discessum Dæmonis, completa purgatione? certum est enim, neque febri, neque atram bilem, neque ullam aliam humoris cuiusvis corporis affectionem posse conferre promptam, ordinatam, ac stabilem, durante morbo, scilicet loquendi, & respondendi ad interrogata peregrino idiomate, quòd æger prius non noverat. Igitur locutio, & responsio aliena lingua à Dæmone nidulante in ægro provenit; ut exemplis probat Raynaud. *d. art. 1. & Scotus d. lib. 4. cap. 12. §. 3.* ubi subdit rationem, ut scilicet sic homines decipiuntur, credentes non à Dæmone, sed à seipsis idioma exterum haberi, vel ad alium malum suum à malo spiritui intentum. Quòd autem locutiones prædictæ peregrinæ, aliique miri effectus in energumenis proveniant ab astris, seu à planetis celestibus, confutavit Origenes *traç. 4. in Math.* est enim error manifestus; prout etiam, quòd sint animæ Defunctorum reingressæ in corpora sic loquentium, vel mira operantium. Concedunt Theologi, animas beatas, aut in purgatorio, vel etiam in inferno detentas, apparere aliquando viventibus, id Deo permittente ob aliquas justas causas, ut hæc probat Deltius *Disquis. magic. lib. 2. qu. 26. per plurim. sect.* Thyraus de *Spirituum apparit. lib. 3. c. 11.* & alii apud Sanchez in *Decalog. lib. 2. c. 38. n. 23.* At negant eadem animas posse obfideri, invadere, & intrare corpora viventium: quòd si spiritus obfident, dicat, se esse animam aliquis delinquenti, Dæmon est, qui tentatur, & cum mendacio id asserit. Abulenti in *Math. c. 8. q. 124.* Deltius *post lib. 6. disp. mag. Anacethalossi* (id est recapit. De Sacramento Eucharistiæ.

tulatione, vel summaria repetitione dictorum) *mon. 10. Sanch. d. c. 38. n. 24.* Sæpè namque Dæmones fingunt, se esse animas defunctorum, ut viventes in errore inducant. S. Thom. 1. p. q. 117. art. 4. ad 2. *Silvester Verb. maleficium q. 4. n. 2.* ideoque non est absque culpa; saltem curiositatis, & operantes aliquos, ut præmorsiens superstiti appareat, certiorum eum de suo statu facturum, ob periculum illusionis Dæmoniacæ: Cirvelus de *Superstit. p. 3. cap. 11.* Deltius *lib. 2. q. 26. sect. 7.* & Sanchez *d. lib. 2. in Decal. cap. 38. n. 25.* Exemplum hujuscemodi sponsonis refert Eminent. Card. Bar. *ad ann. 411. n. 69.* & Menoch. *In Storis part. 1. cap. 68.* mirandum non imitandum. Quò verò ad primam rationem illorum, qui negant energumenum, scilicet quia duo spiritus creati non possunt coexistere, & esse simul in uno, & eodem loco, respondetur, posse stare Dæmonem in homine vivente, quia anima hominis est in corpore, non ut in loco, sed ut forma in materia; diabolus autem in energumento stat non per modum formæ vivificantis, sed tamquam in loco distinctivè exercentis vires omnes corporales illius energumeni ad motum localem pertinentes, ut doctè explicat Bart. Sybilla in *Speculo peregrin. quest. Decad. 3. cap. 32. q. 2.* ubi dat exemplum serpentis locuti ad Evam, & Alinæ ad Balaam. Ad secundam verò rationem, quòd illapsus in hominem sit solus Dei, non autem spirituum creatorum, respondetur, procedere de illapsu in animam, non autem in corpus: Siquidem, cum anima rationalis sit simplex, & incorporea, non habens dimensionem quantitatis, nihil potest in ea esse, nisi illud, quòd dat ei esse, & est in ea per virtutem suam, id est solus Deus. At in corpus etiam Dæmon potest illabi, & intrare propter subtilitatem naturæ suæ, penetrans corpora sine ullo obstaculo; ut de facto illabuntur, & penetrant corpora energumenorum, quòd ex S. August. de *Ecl. dogm. cap. 50.* & alii SS. Patribus demonstrant idem Sybilla *d. Decad. 3. cap. 3. quest. 4.*

Concludendo igitur primam partem secundi nostri præmissi, dicendum est, verè dari energumenos, id est, verè Dæmones (Deo permittente) intrare, invadere, & obfideri corpora hominum, qui quidem Dæmones invadentes, & obfidentes esse possunt ex omnibus eorum choris, ordinibus, & classibus, quia omnibus æqua est malitia, æquum in homines odium, æquus eis nocendi ardor. Thyraus de *Dæmoniacis. c. 12.* Et non solum unus unus invadit hominem, sed sæpè duo ac plures; etiam ad legionem usque, ut ex S. Luca *cap. 8. n. 30.* (Una autem legio Dæmonum continet 6666. Spiritus, ut habetur in Hermone Theologico *part. 3. traç. 2. de Angelis c. 3. conclus. 1. vers. finem pag. 9.* Et notat Hieron. à Basilica Petri in *quibus Ephemeridis sacris die 2. Januarii de Passione SS. Martyrum Sebastiani, & Alverii militum legionis Thebææ*) Thyraus *c. 13. §. 14.* & Scotus in *Physic. d. lib. 4. c. 5. ubi §. 2.* subdit eisdem malos Spiritus posse invadere homines cuiuscumque sexus, ætatis, & conditionis; affingendo, ex permissione Divina, corpora variis infirmitatibus, fascinationibus sensuum, & membrorum deurationibus, de quibus eodem *lib. 4. c. 6. varia exempla cumulat, vim magnam habentia, si à Parochis lecta, & indita suis plebibus fuissent, excitandi timorem Dei, & observantiam Divinorum mandatorum.* Porò tam sævi, & diri ergastuli non possunt privare animas hominum, quos obfident, Theologice, aliisque infans virtutibus, nec eos vexare, nisi quantum Deus permittit.

Quò verò ad secundam partem secundi præmissi, signa ad cognoscendum energumenos alia sunt probabilia, alia incerta. Probabilia sunt, occultorum revelatio, linguarum peregrinarum, quas infirmus non didicerit, locutio, scientia legendi, scribendi, cantandi, aut aliarum artium, quas non noverat,

discut-

discursus de rebus altissimis; cognitio futurorum, & absentium; subleuatio magnorum ponderum; ingenium robur in rupendis vinculis; corporis energumenici admirabile pondus ejusdemque rigor, inflexibilitas, aut immobilitas; magna voracitas, & bibacitas, summa celeritas, & agilitas in currendo, & saltando, atque his similia. Dicuntur probabilia hæc signa ad judicandos energumenos esse illos, à quibus talia emanant, quia cum superent humanam scientiam, & naturalem facultatem; & nullum adfit signum illa esse à Deo, vel ab Angelis sanctis, probabiliter inferuntur, provenire à Dæmone latente, & inhabitante in ipso energumeno. Latè Scotus in *Physica cit. lib. 4. cap. 9.* Signa autem incerta sunt barbaræ, & inconditæ voces, clamores, & ululatus belluini, membrorum defectio, alteratio, contorsio: Tumor pectoris, gutturis, ac etiam inquietatio, & aversio à rebus sacris, sanctis, & benedictis, aliaque plurima congesta per Zachariam Vicecomitem in *Complem. exorcist. p. 1.* & dicuntur signa incerta, quia estis frequenter exerceantur à veris energumenis, aliquando tamen procedunt à non energumenis; vel quia ipsi ex apprehensione fixa se tales esse credunt, qualis erat Matriona illa, de qua Scotus *d. lib. 4. c. 9.* quæ cum tangeret communi clavi ferrea credens esse lipanum aliquid sacrum, clamores magnos emittebat; vel quia simulat, & volunt tales ab aliis reputari, præcipue mulieres, quarum aliqua exempla narrat idem Scotus *d. lib. 4. c. 9.* & jam pluribus ab hinc anis mihi evenit circa quamdam puellam, Religionis austere habitum indutam; quam cum penitentes illius vite, ita bene sibi intumescere pectus, & guttur faciebat; ut Moniales tam crederent energumenam; ad ego hortatus illam, mihi exponere veritatem, falsa fuit, id operari, ad exundum è Monasterio, quod ego statim, dexterrate convenienti, exequi feci; & deinde perfecta sanitate potita fuit. In his igitur signis prudentia magna opus est, quia *Prauum est cor hominis, & inscrutabile. Jerem. 17. 9.* Et *Brevis omnis malitia super malitiam mulieris. Eccl. 25. 26.*

Quod ad tertium Præmissum: Quærentibus, quas ob causas permittitur fit Dæmonibus intrare corpora hominum, eos obfidere, & vexare, utique respondendum est cum illis verbis Apostoli, *O altitudo divitiarum sapientie, & scientie Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. Rom. 11. arcanum est enim, & à nobis imperferctabile;* unde S. Hieron. in *epist. ad Paulam de dormitione Bleffille* ait: inscrutabili iudicio Dei relinquenda, quod bimuli, trimulivæ, & ubera materna laquantes à Dæmonio corripiantur. Cæterum ob quatuor præcipue causas, permitti à Deo, homines invadi, & à Dæmonio obfideri constat. Prima est ob gravia scelera per eosdem homines patrata: hinc Saulem spiritus malus arripiebat, quia ipse furebat in Davide, quarens ipsum occidere. *1. Reg. 15. S. Mariam Magdalenam obfederant septem dæmonia, dum erat peccatrix. Marc. ult. 9.* Apostolus tradidit Sathana Corinthium illum gravi luxuria reum. *1. Cor. 5. 4.* In vitis Sanctorum frequentia habentur exempla invasionum hujusmodi ob perjuriam, calumnias, & injustas in servos Dei cædes à perveris patratas. Secunda causa est peccatum veniale, quod deducit ex Cassiano *collat. 7. c. 27.* de Abate Moysè, qui possessus fuit à Diabolo propter impatientiam, & durum prolatum verbum. Et ex S. Gregorio *lib. 2. Dialog. c. 1.* ubi quadam Virgo energumena evasit ob levem gulam; & ex vita S. Bernardi *lib. 2. c. 1.* ubi quidam fuit à Dæmone obsessus, quia cum reperit distractum in oratione.

Tertia est maledictio à genitoribus prolata in filios; ideo legitur in vita S. Zenonis Martyris apud Surium *die 25. Maji,* cum mater febrilenti filio poculum aliquoties præbisset; nec filius petere desisteret, impatientia victa, eidem iterum poculum offerendo imprecata est Dæmonium, & statim obsessus ac male fuit vexatus. Quarta tandem esse causa, ut discamus, præter corpora, & animas nostras esse alios spiritus, quod olim Saducei, & nunc Athei negant; ac erudiamur, quàm miserum sit, Dæmonis servituti se per peccatum subicere; & qualem is tyrannidem exercebit in inferno, qui tam diris modis eos vexat in hac vita.

Quod ad quartum Præmissum. Certum est in Ecclesia Catholica institutos esse exorcismos ad pellendos Dæmones è corporibus energumenorum. Eit autem Exorcismus, ut dicitur *Idorus de Eccles. offic. c. 20. sermo increpationis contra spiritum immundum.* Sive ut scribit *Quartus de Benedic. tit. 1. sect. 3. dub. 1. Exorcismus est adjuratio imperatioque; qua Dæmones coguntur exire de corporibus obsessi, invocato Divino nomine, vel adhibitis rebus sacris.* Utrum verò dentur res naturales habentes vim eisdem impellendi; nonnullis Doctoribus visum est dari, videlicet lapides, radices, & herbas, inter quas Rutam, Salviam, Anethum, Fœniculum, Allium, Verbenam, aliaque plurimas congestas à Scoto in *d. Physica Curiosa lib. 4. c. 15. §. 2.* ubi addit, etiam suffitibus Dæmones expelli, exemplo Tobie, qui fumo jecoris, & cordis piscis fugavit Dæmonem ex ædibus Saræ sponsæ suæ; ut habetur *Tob. c. 8.* & docet Mengus in *Flagell. Demon. ex. 3. 4. & 6.* Cæterum nulla res sensibilis, atque corporea, atque ad eod neque herbæ, radices, lapides, odores, suffitus habent vim physicam, ac naturalem, directè, & per se Dæmonem expellendi, ut docent S. Thom. in *4. dist. 7. art. ult. & in c. 41. Job lect. 3.* Abulens in *1. Reg. c. 16. q. 46.* Delirus *disquis. Mag. q. 30. sect. 3.* Theophil. Raynald. in *Theolog. natural. dist. 2. art. 2. n. 53.* & Zaechias in *Quest. Medicoleg. lib. 4. tit. 1. q. 5. n. 25.* Indirectè tamen res prædictæ possunt expellere dæmones, quatenus hi innituntur completioni infernæ, vel humoribus commotis in homine, præsertim atræ bili, & sanguini copioso; idcirco cum plures herbæ, radices, suffitus, ac similia humores hominum variè ciant, ac temperent, faciunt quoque, ut dæmones abeant, & recedant à corporibus divexatis, non cogendo, sed causando, ut correctis malis humoribus fugant infernales inquilini, ut explicat Scot. *d. lib. 4. c. 15. §. 3.* & antea *lib. 2. c. 40.* ubi examinat suffitum jecoris piscis, quo Tobias fugavit dæmonem, juxta S. Raphaelis instructionem; cumque vult habuisse virtutem moralem, quatenus nimirum excutit illo fumo, Angelus apprehendit dæmonem, adhibuit, & ligavit; & sic ex institutione ejusdem Angeli fumus ille postus fuit tamquam signum, ad abijciendum, & ligandum dæmonem, quod placet Celadæ in *c. 6. Tobie d. §. 23.*

His ita constitutis, deveniendo ad resolutionem propositi casus duas reperi contrarias opiniones scribentium. Una negativa, docens nunquam esse licitam fictionem in Venerabili Sacramento Eucharistiæ, quod est Sacramentum veritatis. *c. De bonitate. de Celebr. Missar. quia dare Hostiam non consecratam credenti recipere consecratam, est inducere illum in idololatriam; quia adorat tamquam Deum panem purum; & ita sentiant, etsi in aliis terminis, videlicet de publico peccatore decipiendo, qui indignè vellet communicare, Suarez de *Euchar. disp. 67. sect. 4. Paz. Jurand. tom. 1. lib. 2. n. 82. Reginald. lib. 29. n. 49.* & alii apud Dianam *p. 4. tract. 4. res. 47.* posita in opere *Coordinato tom. 2. tract. 2. res. 31.* & novissimè Franc. de Lugo *lib. 1. de Sacram. c. 6. q. 11. n. 62.* Altera opinio affirmans tenet, ob aliquam iustam causam licitam esse hujusmodi fictionem in exhibenda Eucharistia, quemadmodum Sacerdotes frequenter fingunt absolvere penitentem, quem reperiant non bene dispositum, ad tollendum scandalum inter adstantes; & quoad peccatum*

riculum idololatriæ, cum ea sit materialis tantum, potest indirectè permitti, & huic sententiæ adhaerent Altifiodorensis, Villalobos, & Ludovicus de S. Joanne, quos citat, & approbat ipse Diana *cit. tom. 2. tract. 4. res. 31.*

Sed ultra horum auctoritatem Doctorum tria reperio exempla suadentia licitam fictionem in casu proposito. Primum desumptum ex Joanne Herolto narratum à Joan. Bapt. Mathezoli Parocho Romano *p. 2. Sylva Historialis lib. 8. cap. 2. tit. 3. exemplo 4.* exhibitam scilicet fuisse particulam non consecratam eidam energumeno, à quo fuit dentibus comminuta; sed eidem data Eucharistia, spiritus immundus pavens, & tremens ex Energumeno exivit. Alterum exemplum habetur apud Joannem Sancium in *Selestis dispur. 26. sub num. 5. Vers. Et faver, ubi refertur de puero novem annorum, qui cum in articulo mortis Eucharistiam sibi porrigi postularet instanter, Sacerdos tamen judicans non esse tutum illi ministrare, ei Hostiam non consecratam detulit. Ut puer statim clamans dicit: quare me decipere vultis? quo cognito à Sacerdote, intelligenteque à Spiritu Sancto fuisse edoctum, Corpus Christi suscipiendum, afferens, puero dedit; illudque devotè, ac sanctè puer recepit. Hæc ibi Sancius ex *Promptuario discip. lit. E. exempl. 26.* Sed responderi potest hæc bona fide, ac pia voluntate tunc fuisse facta. At non scientia, & prudentia imitabili. Ita philosophor & ego. Sed quid ac sequens tertium exemplum magni ponderis, Romæ, à Viro Sancto, ex consilio Virorum pietate, prudentia, scientia, ac auctoritate pollentium? Rem brevi perstrinam. Urfula Benincasa, Virgo Deo devota, nata Neapoli Anno 1547. die 28. Octobris, divina charitate succensa, inter cæteras supernaturales gratias, miris extasibus donabatur, in quibus tanto pondere eam agebat Spiritus sanctus, ut Virgo Christi immobilibis permaneret, imò brachia ejus, aliquando in rapu extensa, gravissima pondera à Religiosis viris apposita, sustentarent. Anno 1582. sic Deo jubente Romam venit ad summum Pontificem Gregorium XIII. cui post plures extasies in ejus conspectu habitas, reverenter exposuit, Majestatem Divinam ob peccata totius Christianitatis nimis esse offensam, ac ubique flagella versari paratam, nisi fidelis populus ageret penitentiam. Hinc volens Papa certificari, an Virgo illa verè à Deo extasies haberet, vel à dæmone deciperetur, selectis piis, ac doctis viris, inter quos fuit Sanctus Philippus Nerius tunc Romæ vivens; præcepit, ut spiritus ejusdem Urfule experimentum fumerent. Humiliationum, mortificationum, jejuniarum, aliarumque penalarum rigida ei injunxerunt exercitia, quæ omnia patienter, ac lætenter famula Dei perpessa est, extasies dono semper à Deo illustrata. Tandem per eosdem egregios, prudentes, ac sanctos viros deventum fuit ad hoc ultimum experimentum: videlicet cum longa inedia cœlestis Convivii Urfulam affecissent, ac ipsa Eucharistico pane recreari postularet, eidem intimarunt, ut pro die crastina se præpararet ad Sacram Communionem; cujus loco ei detulerunt particulam non consecratam; ad illa divinitus id agnoscentes, ait: *Non est hic Dominus meus JESUS CHRISTUS.* Quo audito S. Philippus in lacrymis cum aliis erupit; & omnes concluserunt Urfulam esse charam Deo, & Divino spiritu repletam; eique statim Sacram Eucharistiam præbuerunt. Ita in *ejus Vita cap. 19.* & in *Admirandis Orbis Christianitatis tom. 2. lib. 3. cap. 3. §. 3. num. 14.* Bonifacius Bagatta. Igitur dicendum videur, non esse illicitam fictionem in nostro casu proposito, quam etiam ad experiendam veritatem, si Monialis diceret se sola Communione Sacra vivere, absque alio corporali cibo censet admittendam Pellizar. de *Monialib. cap. 10. n. 159. Vers. Utrum vçid.**

Prima opinio primum locum obtinere debet; non enim passim, aut pro re levi, & ubi alia suppetunt remedia, ad hanc fictionem est deveniendum. Porro ubi ageretur de re magni momenti, & factis omnibus aliis experimentis adhuc esset ambigua cognitio, bonus, an malus esset spiritus mulieris? cum consilio piorum, ac prudentum virorum, & cum superiorum assensu, cautè ad evitandum scandalum in populo, crederem fictionem prædictam non esse illicitam juxta exemplum Venerabilis Urfule Benincasæ.

DECISIONIS LI.

Ad Novembris primum Quæsitum.

ARGUMENTUM.

Queritur, quæ necessaria sint ad licitam EUCHARISTIÆ perceptionem? & docetur, quatuor requiri in suscipiente; Fidem; Voluntatem suscipiendi; Statum gratiæ, non ex sola contritione, sed præmissa Sacramentali confessione, exceptis tribus casibus hic notatis; & devotionem. Quæ omnia juxta sacrorum Theologorum doctrinam roborantur.

SUMMARIUM.

- 1 Eucharistiæ verum Sacramentum etiam peccatores recipiunt; sed non licitè.
- 2 Eucharistiæ licita receptio requirit quatuor dispositiones. Et quæ?
- 3 Fides habitualis non sufficit, sed requiritur actualis ad Communionem.
- 4 Phœneticis, & amenibus quando possit dari Eucharistia?
- 5 Parochi peccant non instruente rusticos, & idiotas de veritate Eucharistiæ.
- 6 Confessio peccati mortalis est præmittenda Communioni.
- 7 Contritio ad communicandum sufficit absque Confessione in tribus casibus.
- 8 Eucharistiam sumens qui est in peccato mortali, committit Sacrilegium.
- 9 Venialia peccata habens, & Eucharistiam sumens, an peccet venialiter?
- 10 Devotio requiritur in Communicante. Et quid sit?

QUÆSITUM PRIMUM.

Quæ dispositiones ex parte animæ requirantur in suscipiente Eucharistiam, ad consequendos effectus supra recensitos.

Dictum fuit ad recipiendum validè tantum Eucharistiam, nullam requiri dispositionem, seu præparationem in anima recipientis; nam falsa est opinio illorum, qui dixerunt, quòd dum Eucharistia tangitur à peccatore, aut sumitur, Christus statim recedat; canit enim Ecclesia, *Sumunt boni, sumunt mali;* & Judæi indisposito, fuit data vera Eucharistia, verumque Christi Corpus, & Sanguinem ipse recepit; & de fide est, quòd quomòdi perleverant species consecratæ, perleverat Eucharistia; & à quocumque accipiatur etsi non disposito, si perleverant species, validè Eucharistia percipitur. Porro ad licitè recipiendam, & ad consequendos mirabiles effectus expositos in primo, ac secundo quæstio superioris mensis Octobris; pro debita, & digna dispositione animæ requiruntur quatuor.

Primo requiritur fides; quia sine fide impossibile est placere Deo. Hebr. 11. & Glossa super illud *1. Corint. 11. qui manducat, & bibit indignè, aic: si desit fides, vel charitas, iudicium sibi manducat, & bibit.*

3 *bibit.* Ratio est, nam Eucharistia est Sacramentum vivorum; sed vita spiritalis non datur in via sine fide, juxta illud: *Justus autem meus ex fide vivit.* Hebr. 10. 38. Et quidem fides debet esse actualis in suscipiente Eucharistiam; nec sufficit habitualis, opus est enim diducere Corpus Domini; id est discernere inter ipsum, & alios cibos; sed hæc judicatio, seu discretio fieri non potest per scientiam humanam, aut solam fidem habitualem, quæ non est judicium, & assensus, sed inclinatio ad judicium, & assensum. Ergo requiritur in actu fides assentiens, & judicans in eibo illo esse Corpus Domini, & ideò de ea loquitur Ecclesia, dicens: *Quod non capis, quod non vides, anima firmat fides, præter rerum ordinem.* Et in Hymno *Pange lingua*; ait: *Et si sensus deficit, ad firmandum Cor sincerum sola fides sufficit.*

Secundò, requiritur in suscipiente voluntas suscipiendi hoc Sacramentum venerabile Eucharistia, quia si coactè, & ejus repugnantè voluntate reciperet, nullum effectum reciperet; sufficit autem voluntas vel virtualis, vel habitualis recipiendi; idcirco phræneticis, vel amentibus, qui dum lucida habebant intervalla Eucharistiam petierunt, dari potest. Tamburin. de Exped. Commun. cap. 4. §. 1. n. 4. Emin. Card. de Lauræa in 4. sent. tom. 1. disp. 25. de Euchar. n. 122. 4 ubi ad veritè prædictam voluntatem habere debere pro objecto sumendi Eucharistiam tamquam continentem Corpus Christi; quapropter non datur infantibus, vel perpetuo amentibus, quia hi non habent intellectum ad discernendum cibum spiritualem à cibo materialis, & per consequens non possunt habere voluntatem suscipiendi Eucharistiam tamquam continentem Corpus Christi. Hinc sequitur, peccata Parochos, qui non erudiunt suos rusticos, peccata idiotas accedentes ad Eucharisticam Mensam, ut sciant, & credant, in ipsa non sumi panem materialem, sed Corpus Christi sub speciebus panis.

Tertiò, requiritur ad licitè suscipiendam Eucharistiam status gratiæ, id est ut anima suscipientis sit immunis, & libera à peccato mortali, quod probatur ex Apostolo 1. Cor. 11. ibi: *Qui manducatur panem, & sic de pane illo edat, & de Calice bibat; qui enim manducatur, & bibit indignè, iudicium sibi manducatur, & bibit.* Et ex Constitutionib. Apostol. lib. 7. cap. 72. ubi de Eucharistia dicitur: *Qui Sanctus est, accedat: si quis non est, curet, ut fiat per Pœnitentiam:* adeò ut, qui peccati mortalis conscientiam habent, debent ante Communionem illam expiare cum Sacramento Pœnitentiæ, etiam si sibi viderentur esse contriti, ut expresse præcipit Sacrum Concilium Tridentin. sess. 13. de Sacrosancto Euchar. Sacram. cap. 6. relatis enim suprascriptis verbis Apostoli de necessaria probatione ante Communionem subdit: *Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali Confessione ad Sacram Eucharistiam accedere debeat; quòd à Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incumbit celebrare, hæc Sancta Synodus perpetuò servandum esse decrevit; modò non destitit illis copia Confessoris; quòd si necessitate urgente Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.* Et idem repetit, & decernit d. sess. 13. can. 21. ibi: *Statuit, atque declarat ipsa Sancta Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessariò præmittendam esse Confessionem Sacramentalem. Qui autem contrarium docere ausus fuerit, eo ipso excommunicatus existat.* Quod quidem præceptum Confessionis faciendæ ab habente peccata mortalia, antequam accedat ad Eucharistiam, esse præceptum Divinum, probat contra Medinam, & Navarrum Eminent. Cardin. de Lugo de Euchar. disp. 14. num. 69. & Eminentiss.

Card. de Lauræa d. disp. 25. num. 126. Tamburin. de Commun. cap. 1. num. 15. Et idcirco non sufficit contritio, nisi in tribus casibus. Primum est in casu mortis, si Sacerdos haberi non possit, cui moribundus confiteatur. Secundus est, si Sacerdos teneatur celebrare, & non possit abstinere abscque scaldalo. Tertius est, si quis non communicando incurreret infamiam, grave detrimento; & non haberet copiam Confessarii, à quo posset absolvi; vel quia Confessarius nullus reperitur; vel si adest, non habet facultatem absolvendi à reservatis, à quibus forsitan detinetur ille, qui communicare debet; vel ex iusto motivo non potest illi Confessario manifestare omnia peccata sua abscque infamia, vel abscque gravi detrimento; in his enim casibus, elicto actu contritionis, potest sumi Sacra Eucharistia cum obligatione tamen quamprimum confitendi, ut fuscè probat Tamburin. d. lib. de Exped. Commun. cap. 2. §. 6. & §. 10. ubi DD. cumulat. Et Eminentiss. Card. de Lauræa d. disp. 25. à num. 158. & seqq. 8 ubi num. 159. advertit, sumere Eucharistiam in peccato mortali esse sacrilegium contra virtutem Religionis, irrogans irreverentiam, & injuriam sanctorum Sanctissimo; & casus tremendos ultionis Divinæ in eos, qui presumpserunt ad sacrum Convivium accedere cum peccato mortali, referunt Bagatta in Admirandis Orbis Christi. tom. 2. lib. 3. cap. 3. §. 7. Mathæolus in Sylva Histor. part. 2. lib. 8. cap. 2. tit. 13. & Nicolaus Laghus tract. 4. disp. 2. Cæterum sumens Communionem Eucharisticam cum peccatis venialibus, sumit non illicitè, neque venialiter peccat, ex communi Doctorum placito, neque privatur effectu Communionis; ea ratione, quia venialia non pugnant cum gratia, neque impediunt nutritionem vitæ spiritualis. Jos. Sancius in Selectis disp. 22. num. 9. Tamburin. de Commun. cap. 1. §. 4. Epin. Card. de Lauræa d. disp. 25. n. 128. & Matrus in 4. sent. disp. 3. de Euchar. n. 424. quamvis Suarez de Euchar. disp. 66. scđ. 4. §. Dicendum in primis. & Emin. Card. de Lugo d. tract. disp. 14. num. 31. teneant, esse peccatum veniale communicare cum multis venialibus, vel ob inanem gloriam, quæ est nova culpa venialis, quia irreverentiam committit, qui ad tantum Convivium accedit cum ejusmodi maculis est levibus, quasi cum veste nuptiali aliquantulum sordida; & ideò vel cum suspitione præcedenti, vel cum eorum displicentia, & proposito emendandi velle est, se purificare etiam à venialibus, quantum humana fragilitas potest, ante Communionem.

Quartò tandem, ad licitè sumendam Eucharistiam, requiritur in sumente devotio actualis, vel saltem virtualis; quæ consistit in actu reflexo ad excellentiam, & sanctitatem tanti Sacramenti, & ad cognitionem propriæ humilitatis, & indignitatis; cuius respectu Ecclesia præmittit in administratione illa verba, *Domine non sum dignus*, ter illa reiterando, ut excitetur devotio, & reverentia in sumente, quæ quidem reverentia præcipitur in exp. Omnium utriusque sexus. De Pœnit. & Remiss. & cum non debeat intelligi de actuali absoluta, interpretari debet saltem de virtuali; adinstar intentionis in consecrando, ut notat idem Emin. Card. de Lauræa d. disp. 25. n. 129. & sic concordant Theologi dicentes, non esse necessariam devotionem in Communionem, id est actualem, cum aliis Dpctibus, & SS. Patribus requiritibus devotionem, scilicet saltem virtuale ad consequendos effectus hujus Venerabilis Sacramenti.

DECISIONIS LII.

Ad Novembris Quæsitum secundum.

ARGUMENTUM.

Statuuntur dispositiones ex parte Corporis necessariæ ad licitè sumendam EUCHARISTIAM. Quatuor eas esse demonstratur. Naturale jejuniium. Modestia vestimentorum. Facultatem deglutendi, & retinendi Sacramentum in stomacho, Et abstinentiam à copula conjugali. Tres primæ Doctorum auctoritate, & Exemplis firmantur. Remissa quarta dispositione ad Decisionem sequentem.

SUMMARIUM.

- 1 Jejunium necessarium in Communicante; excepti novem casibus.
- 2 Vestimentorum modestia necessaria in accedente ad Eucharistiam.
- 3 Theodoret; mater reprehensa ob vanitatem vestium.
- 4 B. Catharine, filie S. Birgite, cognatam increpat Deipara ob vestes vanas.
- 5 Deglutire qui non potest Hostiam, non est communicandus.
- 6 Vomitus si eveniat post Communionem quid agendum?
- 7 Infirmitas illa corporalis impedit Communionem.
- 8 Antonius Maria Cortivus de Sanctis Nobilis Patavinus, fundator Congregationis Oratorii Paduæ, repellatur à Communionem accedentes cum nimia immunditia in vestibus, vel sine lino collare.

QUÆSITUM SECUNDUM.

Quæ dispositiones ex parte corporis requirantur ad licitè sumendam Sacram Eucharistiam.

Quatuor fuerunt notatæ dispositiones corporales in responsis. Naturale jejuniium. Modestia vestimentorum. Facultas deglutendi, & retinendi Sacramentum in stomacho. Et abstinentia à copula carnali.

De prima, id est de naturali jejuniio, necessario ad licitè communicandum, fuscè actum est supra in mense Januario hujus anni Decif. III. ubi præceptum de jejuniio in Communicante ab Apostolis habuisse originem probavi, & novem casus explicui, in quibus tantummodo licitum est communicare absque jejuniio, quos lector videat, & reminiscatur.

De Secunda; id est de modestia Vestimentorum, præcipiunt in mulieribus accedentibus ad Sacrum Convivium, scripsi ad Casum Prudentialem Decembris anni 1683. in quo ex argumentis Theologicis, Juridicis, Scripturalibus, & Historicis demonstravi, quomodo, quando, & quantum peccent seminae vanas vestes, cum ostensione modestiæ induentes. De his agit Tamburin. in d. lib. de Exped. Commun. cap. 2. §. 3. ubi hæc verba: *Fator, regulariter vix à venialibus excusari eas, quæ tam anxie faciunt dolebant utinum eodem modo conscientiam* si non ex alio capite, cerit ex eo, quod illud tempus, quod expenderunt ad se commendas (de quoscitè Postea, dum comitur, dum peccantur, annus est) ad animam piis virtutum actibus exornandam, vel cerit ad utiliora negotia expedienda, consumere debissent. Igitur ut plurimum mulieres ob vana ornamenta accedunt ad Communionem cum peccato veniali.

Si Parochos delectat, legant, & prædicent sequens exemplum, modestiam vestium muliebrium concernens, quod refert Hieronym. à Basilica Petri in suis

Ephemer. Sacris. Kal. Februarii in vita S. Petri Galatæ eremita, ad quem gratia miraculorum illustrem accessit mater Theodoretis insignis Ecclesiæ doctoris, de quo Emin. Card. Bellarminus in libro de Scripturis Ecclesiasticis. Anno 430. Itaque duas gratias flagitavit ejus mater à S. Petro Galata, & ut ab oculorum lippitudine, quam patiebatur, esset libera; ac etiam à sterilitate, filiumque sibi impetraret. Verùm quia juvenis ipsa erat, & vanis vestibus ornata, S. Eremita eam interpellavit, quid agendum cum quodam, à quo pulcherrima pictura fuerat deturpata? Respondit ipsa, castigandum fore. Tunc subdidit S. Petrus, tu illa esse castigatione digna, quæ imaginem Dei deturpas fucis, pigmentis, & vestitu prophano. Pœnituit illam, & promisit emendationem; obtinuitque utramque gratiam, nam, oculorum sanitatem affecta, peperit deinde prædictum Theodoretum.

Proficeret etiam narratio sequens desumpta ex vita B. Catharinæ Virginis, filie S. Birgite, quæ reperitur post hujus Sanctæ revelationes, ac miracula pag. mibi 843. cap. 3. & refertur etiam vulgari idiomate à P. Carolo Gregorio Rosignolo Soc. Jesu in Mirabilib. Dei circa Sanctos suos p. 2. Mirab. 22. Narratio ita se habet. S. Catharina Sveciæ Principissa, et si juncta matrimonio Principi Egardo, virginitatem de ejus assensu servabat: & vestes humiles induebat; cujus exemplo multæ nobiles confodales ejus, & cognatæ, vestes pompofas, & ornamentum superfluum patriæ reliquerunt. Inter quas nobilis domina uxor fratris S. Catharinæ domini Caroli, quamvis consiliis, & exemplis ejus in principio pertinaciter resisteret, speciali tamen divine visitationis oraculo ad meliorem vitæ ordinem conversa est. Nam contigit in civitate Calmarrensi, in Capella B. Virginis, dum simul starent in oratione ante imaginem ipsius B. Virginis, venerabilis domina Catharina cum uxore fratris, quod domina illa, uxor videlicet memorati domini Caroli paululum obdormiret, videbaturque sibi, quod Beata Virgo hilariter respiceret dominam Catharinam forem mariti sui; sic verò torvis oculis, & irato vultu inspiceretur. Hac visione multum turbata, cepit cum lacrymis Beatam Virginem orare, dicens: Quare Domina mea me ita terribiliter respicis? Cui Virgo: Quare non obedis consiliis dilectæ meæ Catharinæ? Si ejus consiliis, & exemplo habitum tuum, & mores correxeris, ego te per gratiam meam hilariter respiciam. Quæ expersa facta, admonitionis hujusmodi hæc ingrata, continuo depositis superbiæ ornamentis, humilitatè, & dominæ Catharinæ moribus se studuit conformare. Hucusque narratio ejusdem Vitæ. O quantæ mulieris nimium comptæ, dum accedunt ad Sacram Eucharistiam sumendam torvis oculis inspiciantur à Redemptore propter earum vanitates? Parochi eas arguant, obsecrent, increpent.

Quò ad Tertiam dispositionem corporis pro licita Communionem, requiritur facultas deglutendi, & retinendi Sacramentum in stomacho; quia cum hoc divinum Sacramentum maxima devotione, ac reverentia sit tractandum, & non exponendum vilipendio, & conculcationi; si recipiens Eucharistiam non possit eam trajicere, vel jam traxeram non possit retinere in stomacho, vel ob tussim, vel ob vomitum, non est communicandus, ne exponatur Species Sacramentales periculo irreverentiæ. Eminent. Card. de Lauræa d. disp. 25. n. 94. & nos declarabimus infra Decif. LV. Tambur. de Commun. cap. 2. §. 5. n. 13. & §. 14. ubi advertit quando est dubium, an infirmus possit deglutire Sacramentum, vel illud retinere in stomacho, faciendam esse experientiam cum particula non consecrata; quam si deglutit facultatem non haberet, vel deglutitam non retineret saltem per horam, non erit communicandus; sic enim convenit reverentiæ hujus Sacramenti; quòd si inopinatè vomitus

mitus veniat; & Sacra Hostia expellatur, reponatur in aliquo loco sacro, donec species corruptantur, & tunc in Sacramentum mittentur. Quod si vomitus post duas, vel tres horas sequatur, & species non appareant, erit vomitus comburendus, & cineres in Sacramentum projiciendae; juxta Rubric. Missal. de defecibus. occurren. tit. 10. num. 14. & ibi Quartus. S. Thomas 3. par. quest. 83. art. 6. ad 7. Bifus in Hierurgia Sacra, Verb. Eucharistia n. 177. & Diana Coordinatus tom. 2. tract. 2. resol. 97. sumpta ex part. 5. tract. 3. resol. 55. Quod ad alias infirmitates nullus morbus reddit infirmum indignum divino Epulo, quamvis esset illuvies, lepra, fluxus menstruus. Gobat. in Experim. Theol. tract. 4. n. 360. neque neglectus corporis in male vestitus, & immunditiam ex negligentia praeserentibus. Suarez de Eucharistia disp. 68. sect. 1. quamvis hos graviter reprehendendos, & aliquando à Sacra Mensa repellendos velit. Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 77. quod non semel fecisse Ven. Antonium Mariam de Sanctis, Fundatorem Congregationis Oratorii in hac Urbe Antenorica, cum Confratribus Oratorii, qui festivis diebus in illo accedebant ad Communionem absque lineo collare albo, seniores ejusdem Oratorii mihi retulerunt, & in praesentem diem servatur, nisi magna paupertas illos excuset; nam in vestibus fordes etiam Sanctus Philippus Nerius damnabat; saepe usurpans adagium Divi Bernardi: Paupertas mihi semper placuit; fordes vero nunquam. Ita in ejus Vita Petr. Jacob. Bacius lib. 2. cap. 14. n. 8.

Quod ad quartam corporis dispositionem, videlicet abstinentiam à copula carnali pro licito accessu ad Sacram Synaxim; quid de ea scribant Doctores, demonstrat sequens

DECISIONIS LIII.

Ad Novembris primum Casum.

ARGUMENTUM.

Elucidatur, quantum abstinentiam habere debeant à conjugali copula uxorati, recepturi Sacram Eucharistiam. Sacri Canonices de hac re allegant, ac plures rationes; & quatuor conclusionibus Casus resolvitur. Subinde duo corollaria ponuntur: Unum de castitate conjugali primitivorum Christianorum. Alterum de pernicie immoderate Venenis in conjugatis juxta Medicorum observationes.

SUMMARIUM.

- 1 Copula carnali conjuges si vacaverint, sequenti die non sunt communicandi secundum antiquos Canones.
- 2 Maritus debet abstinere ab uxore tribus, aut quatuor diebus ante sacram Communionem.
- 3 Verbum Debet importat necessitatem.
- 4 Ordo, quare percussus à Domino?
- 5 Gentiles facturi sacra abstinere ab uxoribus.
- 6 Irreverentia irrogatur Eucharistiae, si tangatur manibus immundis.
- 7 Maritati, si statim post copulam, sumant Eucharistiam, peccant venialiter.
- 8 Copula inter conjuges non impedit Communionem secundum aliquos; & inducit praeceptum.
- 9 Opinio illa amplectenda, ex qua majora bona recipiuntur.
- 10 Monendi sunt conjuges communicaturi, ut abstinere à copula carnali.
- 11 Coniux, qui non petit, sed reddidit debitum, non est repellendus à Communione.
- 12 Coniux, qui petit debitum recto fine, est admitteendus ad Eucharistiam.

- 13 Copula inter conjuges voluptatis causa est culpa venialis.
- 14 Coniux, qui ex sola voluptate copulam habuit, non debet sequenti communicare; nisi ei aliqua justa causa suffragetur.
- 15 Cause communicandi Coniuges, etsi non abstinuerint à copula.
- 16 Canonices de abstinendo à copula ante Communionem sunt de Consilio.
- 17 Copula non exercebatur à fidelibus in primitiva Ecclesia in quatuor casibus, seu temporibus.
- 18 Lactare proprios filios est praeceptum naturale in Matribus.
- 19 Venenis usus immoderatus est perniciosissimus.
- 20 Epilepticus morbus venit ex immoderato coitu.
- 21 Mala ex nimia Venere.

CASUS PRIMUS.

Mulier uxorata in Sacramentali foro, facta suarum reconciliatione culpam, Parocho Confessorio innuit; conjugii suo, nocte precedenti debitum soluisse petariti. Queritur, an eidem sit Sacra Communionem concedenda?

Plures plura scripsere. Alii negarunt. Alii affirmarunt. Alii diversos casus distinxerunt. Omnia, qua majori brevitate potero, argumenta, & rationes referam.

Qui negarunt concessionem Eucharistiae supra dictae uxoratae, ob exercitum praeterita nocte conjugium, ducti fuerunt.

Primo ex cap. Sciatis 33. q. 4. ubi Sanctus Hieronymus sic scribit: Sciatis fratres charissimi, quoniam quicumque uxori debitum reddidit, vacare non potest orationi; nec de carnibus Agni comedere debet. Ergo.

Secundo ex cap. Quotiescumque, ead. causa 33. q. 4. ubi sic ait S. Augustinus. Quotiescumque aut dies Natalis Domini, aut reliquae festivitates adveniunt, sicut frequenter admonui, ante plures dies, non solum ab infidelium concubinarum consortio; sed etiam à propriis uxoribus abstinete. Cur ita? utique quia in diebus festivitatis omnes fideles oportebat accedere ad Eucharisticam Communionem. cap. Etsi non frequenter; & cap. Seculares de Consecr. dist. 2. Ergo.

Tertio ex cap. Fratres 33. pariter q. 4. ubi S. Ambrosius inculcat, dicens: Fratres non solum debetis ab omni immunditia abstinere, sed etiam ab uxoribus propriis studiosissime continetis. Nullus omnino uxoris suae juniorum diebus conjugatur. Non alia certè ratione, quam ob reverentiam futurae Communionis Paschalis; unde annotatio ad dictum capitulum, quod in alio manuscripto Sancti Ambrosii legitur: Nullus omnino uxori suae jungatur ante Octavam Paschae. Ergo.

Quarto, sed aliis pluribus relictis canonibus, illud est irrefragabile Concilii Eliberitani, celebrati anno 305. Illiberi in Hispania, relatum in cap. Omnis homo ante Sacram Communionem à propria uxore abstinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus: nec inter Catholicos communiturabitur, qui in istis videlicet temporibus, Pascha, Pentecoste, & Natali Domini non communicaverit. Nec est audienda Glossa ad hoc caput assertens, esse intelligendum de consilio, non autem de praecocepto, quia totum contrarium videtur verius; loquitur enim Concilium per verbum Debet quod importat necessitatem; & inducit praeceptum. l. Sept. ff. de Offic. Praefiti; Fagn. in cap. Qualiter. num. 37. De Cleric. non residet.

Quinto: Quia etiam Moyses praecipit populo appropinquanti monti Synai, ut per triduum abstinere ab uxoribus. Exod. 19. 15. Abimelech Sacerdos Davidem, petentem panes propositionis ad manducandum, interrogavit, non ipse, & qui secum erant, abstinissent à mulieribus? 1. Reg. 21. Plurimi volunt

audire.

4 auctores, idè Ozam, qui retigit Arcam, percussum fuisse à Domino, quia antecedenti nocte opus conjugii cum uxore exercuerat. Menoch. in Economica lib. 1. cap. 12. versus finem. Sanchez de Matrim. lib. 9. disp. 13. n. 2. Immo ipsi gentiles non faciebant Sacra, nisi abstinentes à copula carnali, juxta Tibullum lib. 2. Eleg. prima, sic canentem:

Vos quoque abesse procul jubeo, discedite ab aris,

Quis tulit besterna gaudia nocte Venus.
Cassa placent superci, pura cum vello venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Sextò: In sumptione Eucharistiae abesse debet omnis irreverentia, quin immò est cum reverentia sumenda. cap. Omnis utriusque sexus. De Penitent. & Remissione. Sed, qui polluto corpore accedit ad Communionem, committit irreverentiam, tum quia irreverentia irrogatur Sacramento, si manibus imundis tangatur. Emin. Card. de Laurea d. disp. 25. n. 105. igitur multo magis si corpore foedato per pollutionem; tum etiam quia copula carnalis perturbat mentem, & illa delectatio per commotionem spirituum inducit hebetudinem mentis, & alienationem à spiritualibus. Emin. Card. Toletus de Septem peccat. mort. cap. 55. Ergo.

Septimò: Quia esse culpam saltem venialem accedere ad Sacram Convivium die, qua carnale copulam maritali exercuerunt, & sic eos esse ea die repellendos, tenent Alesius, Abulensis, Alex. Cajetan. & alii viginti duo partim Theologi partim Jurisconsulti, quos cumulat Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 2. qui n. 4. refert ex Josepho lib. 12. antiquit. Judae. cap. 8. Matathiam Sacerdotem Hierosolymis die quadam abstinuisse à solemni sacrificio, quòd nocte praecedenti uxorem cognovisset. Quod dictum ergo reperire non potui in meo codice. E contra.

Affirmarunt multi, esse concedendam Communionem abseque scrupulo praedictae Uxori, non obstante debiti maritalis solutione.

Primo: Quia debitum petitum, & redditum recto fine, vel ad prolem generandam, vel ad concupiscentiam sedandam, nullam continet culpam. cap. Vir cum propria 34. q. 4. Sanc. in Select. disp. 23. n. 24. Ergo non impedit Communionem.

Secundo: Quia carnalis copula exercita inter conjuges etiam voluptatis capiendae causa regulariter non excedit culpam venialem. Sanchez d. disp. 13. de Matrim. n. 7. Sed culpa venialis non impedit Communionem. Suarez de Euchar. disp. 63. sect. 3. Tamb. de Commun. cap. 1. §. 4. Ergo.

Tertio: Quia, qui cenando causa voluptatis commedit, venialiter dicitur peccare. Sed iste non repellitur à Communionem. Tamburinus d. lib. de Exped. com. cap. 2. n. 5. Ergo necque praedicta Uxor.

Quarto: Quia si abstinere à Communionem post conjugalem copulam est actus reverentiae, & Religionis, etiam communicare, & suscipere Eucharistiam est Religionis actus, & quidem major, ut probat Joan. Sancius in Select. d. disp. 23. n. 13. Sed in concurrentia actum locus dandus est majori. Ergo Communionem erit concedenda.

Quinto: Illa est opinio amplectenda ex qua majora bona percipiuntur. Sed abstinendo ab Eucharistia unum tantum bonum resultat conjugibus, qui debitum maritali persolverunt, scilicet actus reverentiae & Religionis in Sacramento; ut illam sumendo, resultant plurima bona, nempe augmentum gratiae, remissio venialium, auxilia ad frændandas passiones, & tentationes, ad acquirendasque alias virtutes. Suarez 3. p. q. 79. art. 8. disp. 84. sect. 1. Sancius d. disp. 23. n. 16. Ergo.

Sextò: Si quis habeat peccatum veniale mendacii levis, vel iracundiae, vel non gravis detractionis, seu affectum ad haec levia peccata, bonum erit consilium, ut ab eis abstinat; sed si abstinere nolit, non

erit consilium salubre, ut abstinat à Communionem; alioquin committeret illa venialia, & perderet fructum Eucharistiae, ac auxilia ad superandas illas tentationes, & inclinationes malas. Valquez de Euchar. q. 80. art. 7. n. 27. Sancius d. disp. 23. n. 2. Ego idem in casu nostro.

Septimò: Quicumque incidit in pollutionem fornicariam, vel peccaminosam, & dolens, ac peccati penitens confessus fuerit, non est repellendus à Communionem; cui obest tantummodò culpa mortalis. S. Thom. Opusc. 65. §. de Eucharist. n. 20. Gabriel in Canone Missae lect. 10. Litt. O. Beja de casib. conf. p. 1. Casu 8. in fine. Sed in uxoratis non fuit culpa mortalis ob exercitum copulam, ut opponitur. Ergo non est neganda Eucharistia ipsidem, ut mordicus tenet, & defendit Joan. Sancius in Select. d. disp. 23. ubi plurimas rationes, & auctoritates congerit.

Distinxerunt alii diversimodè, ex quorum dictis deducuntur sequentes conclusiones pro casu resolutione.

Prima conclusio: Monendi semper sunt conjuges, & consulendi, ut communicaturi abstinere à copula carnali saltem antecedenti die ob reverentiam tanti Sacramenti, ut advertunt omnes DD. Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 17. Sancius in Select. d. disp. 23. n. 11. Emin. Card. de Laurea de Euchar. d. disp. 25. n. 93.

Secunda conclusio: Si conjux communicandae copulam carnalem egit, non petendo, sed reddendo; non est repellendus à Communionem. Gloss. in c. Omnis homo. verb. Abstinere. & ibi Card. Turrecrem. de Consecrat. dist. 2. Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. num. 9. ubi DD. cumulat, quibus favet doctrina Sancti Francisci Saleii, hic referenda suis ipsissimis ac dulcissimis verbis, quae habentur ad Philoteam, seu in Introduct. ad vitam devotam part. 2. cap. 20. Igitur sic Sanctus loquitur: Bisogna, che io dica questa parola per le persone maritate. A Dio non piaceva nell' antica Legge, che li creditori volessero esigere ciò, che era loro dovuto, ne giorni di festa; ma non vietò mai, che i debitori non pagassero, e rendessero il loro debito à quelli, che lo dimandavano. Quindi è, che per rendere il debito matrimoniale, non deve alcuno essere privato della Communionem, se per altro la sua divozione lo spinge a desiderarla. Certo nella primitiva Chiesa i Christiani si comunicavano ogni giorno, ancorchè fossero maritati, ed avessero la benedizione della generazione de' figli.

Tertia conclusio: Si communicaturus exercit 12 conjugalem copulam petendo, ductus tamen recto fine, ut causa prolis, vel sedandae concupiscentiae, & ad evitandum periculum pollutionis; & in hoc casu, suo iudicio est relinquendus, ut juxta suam devotionem vel accedat ad sacram Mensam vel abstinat. Cap. Vir cum propria 33. q. 4. S. Thom. 3. p. q. 80. art. 7. ad 2. S. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 10. & alii plurimi, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 5. ea ratione, quia finis rectus, & motivum honestum adaequat, & praeponderat corporali immunditiae, & voluptati, quae intercedit in copula conjugali, quod approbant Castropalaus de Eucharist. punct. 13. num. 3. apud Gobatum in Experim. Theol. d. tract. 4. num. 336. Collegium Salmaticen. tom. 10. de Sacramentis tract. 4. cap. 7. num. 63. Bernal. atque Leander apud Dianam part. 10. tract. 16. resolut. 34. quae requiescit in Coordinato tom. 2. tract. 2. res. 51.

Quarta conclusio: Si debitum conjugale petitum, & exercitum sit gratia voluptatis capiendae, quia hodie excusari non potest à culpa veniali, cum contraria opinio sit tamquam erronea damnata ab Innocentio Papa XI. anno 1679. die 4. Martii opinione IX. tutius, & honestius erit, non admittere conjugem, qui petit debitum die immediatè sequenti ad Communionem. S. Thom.